




5.775


BIBLIOTEKA
Zakł. Nar. im. Ossolińskich

XVII 872









473

POEAN
MUSARVM



IN VICTORIA MAN
THOMAE ZAMOY-
SKI

AUTHORE
STANISLAO MADROVIC LEO-
POLIEN. PHILOSOPHIAE STUDIOSO.



9.773

ZAMOSCI

Excudebat Martinus Lenfcius. Anno 1613.

IN ARMIS
ZAMOSCIORVM

S. S.



Bellator triplicem Zamojski concutit hastam,
Priscorum ostentans nobile pignus Auum,
Arctophylax primam, similem dedit ipse Gradiuus,
Tertia ab Hercule ritè profecta manu.
Iunctæ conspirant in signum fœderis hi astæ
Macrones Græcis sic peperrere fidem.
At si quis rumpat vitalia symbola pacis,
Heu quot molitur vulnera: Turca caue.

XVII - 872 - IV

A D
ILLVSTREM ET MAGNI
FICVM DOMINVM
D. THOMAM ZA-
MOSCIVM CAPITANE-
VM KNYSZYNEN.

—s —s

H POSΦΩΝΗΜΑ.

CVM nuper infinitorum malorum obruta fluctibus squallebat Republica, Illustris. ac Magnifice Domine, extremam velut regno huic amplissimo intentante perniciem crudelissimo eiusdem hoste perfido Scythā, laborantibus hisce rebus, tu ipse crescentis tuæ virtutis robore succurrisse omnium rectè sentientium iudicio dictus es. Itaque tanto à te affecta Respub. beneficio, meritò dicit plausus, trophya instituit, turbatoremque suæ pacis, tuæ virtutis numine profligatum magnifice ridet, & quam singulari promeruisti dexteritate coronam, non ex viridantium florum germine, sed illustribus laudum præconijs, præclaræ suæ in te voluntatis pi-

A ij

gnus

gnus gratatibi offert. Ergo etiam & sacrarum alumnæ
artium Musæ, Helicone reliquo in tuum veniunt conspe-
ctum, tam generosam indolem, tamq; celsum animum,
non ardenter modò prorumpere in egregia quæuis fa-
cinora, sed iam gloriösè vincentem obuia quæuis peri-
cula, meritis laudibus prouochere, atque posteritati tra-
dere certantes. Fulget sanè nunc virtutis tuæ splendor,
sed subsequenti temporum cursu, fulgebit adhuc magis,
facta tua tam generosa, perpetuâ posteritatis memoriam a-
lentur, sermonibus roborabuntur, literarum monumen-
tis inueterascent; nec vlla vñquam temporis vetustate
intercedent. Omen illud nobile, quod Marcello Imper-
atori optimo, Lyricorum optimus aliquando detulit,
cape. Crescit occultò velut arbor ævo Fama Zamosci.
Quare ego tantum splendorem virtutis tuæ admiratus,
in tanta gratulantium multitudine, non dubitaui ex te-
nello ingenio deuotę meę in te voluntatis in publico hoc
gaudio specimen, licet serò, tibi offerre. Fas enim primū
esse intellexi in communilætitia omnium, neminem ab
ea alienum animum gerere; teque ea humanitate esse sci-
ui, vt in summâ fortunâ, summâ lenitate erga quosuis v-
taris, & ab addicto tibi animo, quidquid profectum sit,
singulari benignitate complectaris. Quod vt huic
quoq; meo in te studio præstes, vehe-
menter rogo.

CALLI.

CALLIOPE.

ALAS sublimi victoria pandere tractu
Gestit, & aunts simulans Hyperiona pinnis,
Partam Zamosci rigido certamine palmam
Librat in ætherio plaudentis fulgure Phœbi.

Tanto progenies affulxit digna Parente,
Quibelli exemplar, memori vestigia linquens
Ævo virtutis, chari præstantia Nati,
Agnoscit studia, & duro sub-vomere Martis
Ingenitum miratur opus: sic ardua cogit
Exploratrices sobolem Regina volucrum
Lumine ferre faces, Oculoq; applaudere cœli.

Impulit bortatrix animosi gloria belli
In mibidos seuisse enses, pellita Gelonum
Agmina testantur, refugis palantia castris,
Et tremulis frustrâ lunantia viribus arcus.

Zamoysci æthneo Mars inflammauerat æstu
Pectora, sanguineam nudantis in agmine messme,
Excubias vidit vigiles Latonia pulchrum
Cœli vestibulum, & noctis variantia pallam
Sydem cernebant curas, miratus & acres
Titan congressus, letho dum corpora voluit,
Et multis haustum Phœbeæ lucis ademit.

A iii Vistri-

Victrices crepūere tubæ, iam fæta trophæis
In gremium pacis summâ cum laude recessit
Exarma tæ quies, iam lœti signa triumphi
Zamoysci extollunt dignum super æthera nomen,
Quod nunquam immemori lethe a obliuia nube
Sopitum condent, meriti sed gloria magnum
Calcar habens, laudes æternâ luce rotabit,
Seu cœli quando campos Aurora coruscis
Flatibus insperget, seu dum Tartessia Titan
Littora, latentesq; domos penetrabit aquarum.

E V T E R P E.

SOnant ab axe fulgur
Foliq; rumpit igneas fugor plagas
Tumultus ætheris graui
Tonat furore, præhoant tonitrua.
Ruunt trisulca fulmina,
Et imbre rupta gemmat arca nubium.
Quid ðnitentis Arbiter
Domus, rubente dexterâ paris metum?
An ipse tela vindici
Facis manu, tremensq; territas solum?
Sed ecce Phœbus aurei
Propinquat inde flamma, Duxq; luminis.

Nitens ab axe qui tribens
Jubar, micante lumen extulit face.
Trophæa cerno splendida
Legoq; nomen illius, suis modo
Ligata casta qui ausibus
Ab ense liberauit hostium truci.
Fugauit hostis impetum,
Sibiq; companionuit inclytifacem
Honoris, ista fulgurans
Nitore pura castiore lilia
Niues q; vincit Arcticas.
Rosas rubore pulchriore floridas,
Odore thura deprimit.
Procul doloris inde nube perditæ
Salit serena Patria.
Coronat altiore corda gaudio,
Celer struens Palatia
Leui referta spiritu, atque Cyprij
Rosas cruoris ebrias
Manu nitente denuo, ad pedes sui
Facit beata vindicis.
Edaxq; liuor hostium furit, tremunt
Tot inuidentium greges.

TALIA

THALIA.

Quid clangoribus intonant tubarum?
Laxos quid geminant chorit triumphos?
Captiuos video trahi ligatos,
Victorisq; sui manum gementes.
O quot corpora tabidos per agros
Liuent funere mersa sequenti,
Quæ serpentis come vorant Sorores,
Et trucis pelago coquunt doloris.
O quot fulgida machinam per orbis
Fame lumina, hellicos Penates
Zamoyscicelebrant, laboris æstu,
Mæstum qui Patriæ sinum coornat.
Eius gloria candidam sub æthre
Portare brachia gloriofa tollens,
Cæli respicit astricas choreas
Candidissima candidissimarum.

TERPSICHORE

Xosa metam præcipites rotas
Fortuna voluit, nec stabili pede
Institutorbi, quem rotundum
In varias iaculatur oras.

Sic

Sic ampla fusi Syrtibus æquore
Alterna volvunt agmina fluctuum,
Euxinus altas sic aquarum
Cæruleus geminat cohortes.
Audita cui non copia Militum
Aegyptiorum maxima Princis,
H.ec Marte crebra seminante
Vulnem, mole sua perempta est.
Licet Gelonum corpori, bellicam
Densent coronam tot legionibus,
Sub atria cedent luctu Cerui,
Cùm sonitum dederint Leones.
En nunc virientis strenua Principis
Fortuna Parthos disputit obuios.
Versisq; fidentes sagittis
Sub stygias agitauit auras.
Prælusit altis postea prælijs,
Bellifuturi pinxit imaginem,
Nunc bellicosus bellico
Obtulit inferias Parenti.
Floresce virtus, proxima Numini,
Quam non metalle pondere diuitis
Aequare Cræsi, non Eoi
Aurea gaza mari valchet.

B

P O L Y-

P O L Y M N I A.

Fluctuat bello trepidante tellus,
Arduo cœli rquoant tumultu,
Claua dum miscet fremebunda scui

Agmina Martis.

Hinc manus densi glomerant Gelones.
Actbra pennatis feriunt sagittis
Inde Zamoyski, nouis inde telis

Fulminat Heros.

Tela franguntur, pereunt sagittæ:
Parthus hinc: illinc superat Polonus.
Quos supra victoria tædiosis

Remigat alis.

Flla nunclasso tribuit coronam
Sarmatæ, nunc dat trepido Geloni,
Anxiæ circum fluitans amore

Pendula palmae.

Nulla virtutem supenant volantis
Tela Fortune; Gelotu cateruas
Ducito, vincet tamen hæc Poloni

Omnia virtus.

Conterit sanctabidas phalanges.
Et rotat currus spolijs opimos

Demeti

Demetit ferro, Patriam rapinis
Sollicitantes.

Hostium cessit furor, atque fines
Amplius non iam cruciat Polonos,
Necue mactatis violata squalent
Rura colonis.

Emicant læti Patriæ Penates,
Vela frænantes patuli doloris
Laude Zamoysci miserum triumphos,
Vindicis ornant.

Viuito cunctis metuende Princeps
Hostibus, fuso modere frænis
Glorie currus, rutilantis auctos
Lumine Famae.

M E L P O M E N E.

Dies amari plena fellis anguum
Nigros quot angis una nos Scythas malis
Fugata casta, præda, vita perdita.
Paludis ille nauta Tartari sénex
Sub antra lusca plurimos uehit Scythas.
Chorisq; plena Ditis aula Parthicus
Superbit, atque Cerberi iugo gnuat.

B ij Dies

Dies amani, concitasti in Arcticos
Scytas furore bellico Zamoyscium,
Et alta blandiente corda prælio
Magè extulisti, iniqua plurimum dies.

Sed o Gradiue cuncta cuius impetu
Rotantur arma, nunquid ipse transfuga
Getas relinquis, Arcticas ferox plagus?
Ego sub æthra clamo terra Parthica
Ego te adoro, nuministenax tui.
Veni benignus, in sinum veni meum
Fouens quod vsque nutriebat editum,
Veni, intuere perditum propaginis
Meæ dolorem, operta cerne pectom,
Vide cru ore flumen effluum meo.

Modo Polonus, angit astri vertice.
Polum tumore, calce vix terit solum.
Agit trophya, vinculis gruuat meos.
Premit ligante fune, Styxq; cæteros
Nigro paludis abdicavit alueo.

Maligna fors, maligna, quo magis perit,
Magis perire certat; Heu Zamoyscium.

ERATO.

Orpheu

Orpheu nemorum mulcens latebras,
Pollice surdas animans cautes.
Surge, & amænum moderare melos.
Parthos, iniustosq; Pyritas
Pestis scelerum Astræa peremit.

Fulget amatæ & vindictæ Patriæ
Zamoyiski, quem laude coornat
Placidæ virtus integræ mentis.
Hunc cum attonitis hostile agmen.
Oculis hausit, pauidæ subito
Fugere genæ, magnoq; procul
Terrore actum, vertit refugis
Agros pedibus, nunc q; tremendis
Animos turbant somnia monstros;
Orcus piceis flebilis vndis
Gaudet Getulis grauidus castris.
Tot Massagetas ignibus virit
Hirsutis quot messila namis.

Nunc Lechiacæ finibus oræ
Aurea leni tempora sorte
Iterum iactantur, nunc patulo
Laus Zamoyisci fragrat odore.
Crescit eundo, pergit ad ipsos
Libias tostosq; æstibus Indos.

CLIO.

Septem dinumerans cornua, feruidus
Pandit cæruleam Nilus in ostijs
Vestem, dum grauidus recreat aridas
 Ubere rore plagas.

Arcens æstiferi torrida lumenis
Tela ulti Cereris perdomitat sitim,
Largitur pluuias, si radijs ferox
 Aestus biulcet agros.

Septenâ pariter præditus indole
Zamoyski, Patriam vindice dexterâ
Tutatus, Scythicos vîctor & impetus
 Tradidit Orcigenis.

Spes hunc, atque Fides, iunctaq; Charitas
Astræa, ac animus Fortis, & Abstinens
Virtus, ac Sapiens spiritus, appetunt
 Rite iugare sibi.

Cui virtus proprij prodiga sanguinis
Suasit Massagetum sternere copias,
Orciq; in flum pectora fortium

 Voluere corda virum.

Jdei veluti verticis incola
Armos dum croccis magnanimus Leo

Villa

Villis asperat, heu quam miseris leues
Cladibus angit oues.
Zamoyski cuneos sic ferit hosticos
Cede o Massageta, & disce quid alea
Bellorum valeat, cede, vir intonat
Marte togâq: potens.

V R A N I A.

P Vris diurna facibus æthri scintillat:
Serena frons Poli: nec amplius tetri
Ferrugo cœli squalidas vomit nubes:
Tonitruq; mucum per superna non calcat
Olympus astra: fulget emicans Atlas,
Sol æstuosi gutturis siti immensa
Non findit arua; non remordet initum
Axis boatum: Cyntbiae micant currus,
Aurom clarum suscitat diem: verso
Témone cœlorum Arcades micant ursæ,
Radiosq; nascentes vebunt: resurgent
Vndat nitore Phœbus; omnia ingentis
Spinant odorem gaudij, triumphali
Tellus repletur voce, cuncta Zamoysci

Dignis

Dignis referta laudibus. vige tandem
Secuni Patria, dulce semper Heroi
Meditare carmen, cuius arduum polo
Miranda post hac gesta denotat sydus.


Sed iam supinus ultimi poli Ciues
Lustrare gestit, claudit & melos Phœbus.



Si bona, sat: si mala: multa.



8119
2





12,614

8119
2

